MAGNUS ALEXANDER ACHILLINUS. ..

Alessandro Achillini, Giovanni Filoteo Achillini, Amico Aspertini

IOANNES PHILOTEVS ACHILLINVS EXIMIO ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORI M. PAMPHILO DE MONTE BON. THEO/ RICAE ORDINARIAM PVBLICE DOCENTI. S. P. D.

QVanta ſit Achillini peripateticorum gloriæ di/
gnitas & excellentia. Meridiana (ut aiunt) luce
clarius hucuſq; ſua ſamigerata præ ſe tulerunt
opera: in quibus præceſſores ſuos adeo excellu
it: ut ſecũ nullus eorũ conferri merito ualeat. Verũ in hoc
pſenti opuſculo ſermonis breuitate reſtricto: ſentẽtiarũ ue
ro pondere affluenti ſeipſum longe ſuperauit motus qua/
dã naturæ æmulatione: quæ quodã mirabili opificio in ar/
ctiſſima hominis compagine coegit quæcunq; prius diffu
ſa in ampliſſimo utriuſq; orbis ambitu diſpoſuerat. Qua/
re agnoſcẽs ego libellũ hũc immẽſam cõpẽdioſa breuitate
utilitatẽ ſtudioſis allaturũ mecũ ſedulo colligebã: & aio na
uiter uerſabam. Cui ex tot tãtiſq; eiuſdẽ Achillini diſcipu/
lis uiro bene merenti dicarẽ. Mihi autẽ itaq; addubitãti oc
currit tua doctiſſime Pamphile excellentia. Hæc igitur an
natomica fragmenta cuinã melius cõuenientiuſq; dicari po
terãt? q̃ tibi: Qui illius ſciẽtiã ante omneis alios huberrius
fideliuſq; imbibiſti: imbibitã ampliaſti: extuliſti: illuſtraſti:
cũ priuate: tum publice docuiſti: ubicunq; & locorũ & ho/
minũ cõtra rabidos oppugnãtiũ ictus defendiſti: demũ &
nunq̃ deſinis: nunq̃ ſatur es illius electas opiniões ualidiſ
ſimis rationibus: efficacibuſq; argumẽtis pallados ægide
fortioribus tueri. Dicat ergo tibi nominatim pſens opus:
non ut ab illo amplius edocearis: quum doctiſſimus euaſe
ris: & præclarus fulgeas: ſed ut illi te clypeũ ac propugna/
culum humaniter præbeas. Quemadmodũ hactenus aliis
præceptoris tui fœtibus infatigabile fuiſti præſidium. q
ſicu olim Achillino tanq̃ patri debueras. Nunc uero & ille
& omnia illius opera tibi tantũdem & forte magis ſe debe
re profitẽtur: ideq; ego aperto ſermone confiteor: qui tãti
uiri frater fui. Vale Bononienſis Gymnaſii ſplẽdor immor
talis. Bon. pridie Idibus Septemb. M.D.XX.

108

ANNOTATIONES ANATOMIAE MAGNI ALEXANDRI ACHILLINI BONONIENSIS.

ANATOMIA eſt artificioſa membrorum diuiſio:& occultorũ clarificatio membrorum.

Differentia a brutis triplex: figura uel ſitu : morib⁹ uel artibus : partibus q̃buſdã.

Figura:ſtatura recta.

Mos:mãſuetum: iners.i.naturaliter ſine arte:ciuile.

Pars ſine cornibus:dura cute:lõgis unguibus : roſtro: pilis:ſquamis:cauda exteriore.

Propter ſex fit anatomia:numerum:ſubſtantiã membroꝝ: poſitiones locorum.ſ.membrorum intrinſece uel extrinſece : ſupra iſra &c. magnitudinem:ſcema.i.inuicem cõtinuationem:iuuamentum.ſ.operationem ad conſeruãdum indiuiduum uel ſpeciem:egritudinem.

Contra ſeptem enumeras.Secundo Frãciſcus de pedemõtium:auctoritate Alexandrini ſup libro de ſectis:ſex enumerat ſuper libro de ſinthomate in principio.

Primo magnitudo:an mẽbrum ſit paruum uel magnũ: Secũdo numerum : an unum uel duo &c.Tertio locum ubi locatur membrum: et colligantiam cum aliis membris: Quarto figuram: an cõcauum ut ſtomachus:Quinto ſubſtãtiam: an ſubtile uel groſſum:ut inteſtina groſſa & gracilia. ſexto cõplexio.

Reſpõdeo colligantiã ponẽdo ſub loco ſunt ſex: ſeparãdo ſunt ſeptẽ. Ad ſecũdũ ſub ſubſtãtia intelligiť ſubtile &c. ſed & carnoſum pãniculare oſſeum &c. ſub cõplexione autẽ intelligiť naturalis uel ꝑter naturã : ſed egritudo ſe extẽdit ultra cõplexiõem ad cõpoſitionem & unitatem & ſic parum differũt.

Poſitiones ſex:ſurſum:unde nutrimentum eſt. Dextrũ unde motus localis:ante:unde ſenſus : deorſum ſiniſtrum:

poſt opponuntur illis.

Venter triplex:membrorum animaliũ: caput : ſpiritualiũ pectus:naturalium uenter inferior.

Ventris naturalium duplices partes:directe:laterales:directe.ſ.pomum granatũ:pars ſtomachalis:umblicalis : ſumen:pecten:pinguedo ſub ſumine omentum dicitur in anatomia parua.

Partes laterales duæ:ypocundrium ylium.

Contra auctoritate Auicen.mirach ex duobus eſt.ſ.cute & ſiphac:& hic errat Vgo uolẽs aggregare in mirach quinꝙ:nominat tamen Auicen.berithe rõ:etiam ſiphac.

Mirach ex.v.partibus eſt:cute:pinguedine: panniculo carnoſo:muſculis & cordis eorum:ſiphac.

Contra argumento Vgonis: primo cutis:ſecundo pinguedo:tertio ſiphac:quarto muſculi:quinto panniculus beritheron:auctoritate Auic.xxii.tertii.c.primo.

Nota errorẽ Iacobi Forli.prima primi dicentis cordas muſculorũ ab aliquibus appellari ſiphac:ab aliis beritherõ.

Ordo Auicẽ.xxii.tertii.c.i.primo cutis: ſub ea panniculus primus:& nominať aggregatio mirach : deinde lacerti: poſt beritheron:deinde zirbum:deinde inteſtina.

Diſcordia.Gale.in libro de anatomia matricis. Vmbilicus non eſt aliud:ꝗ quattuor uaſa in medio eorum habentia urachum.ſ.duæ arteriæ & duæ uenæ.Galenus autẽ.xv. de util.parti.capitulo.iiii.duæ uenæ poſt umbilicũ tranſeunt in unã: & ſic poſſunt dici quinꝙ uaſa in umbilico et quatuor . Vrachũ eſt porus extra riuans urinam a ueſica fœtus:uena implantatur epati in concauo:arteria uero arterie aorti inter lumbos in lateribus ueſice.

Contra mirach ſolum ex duabus partibus eſt.ſ.cute & ſiphac:aliter in ſutura uulneris ligarentur muſculi : quod inconuenit:quia impedit eorum operationem ligatura.

Muſculi tres:longitudinales duo:latitudinales duo:tranſuerſales quatuor.

Galenus quinto de interioribus.c.vii.lacerti ſub cute poſiti.viii.ſunt.ſ.quatuor pares:primum par:longitudinales ex genere carnis:deſcẽdens ab oſſibus coſtarum ad oſſa pectinis:apoſtema in eo longum:epatis uero lunare:tria paria alia:carnoſa : tẽdunt uſꝙ in longitudinales ſub eis

uero deſinunt in cordas:pelliculares:ſecundũ p tranſuer ſale: a pectore deſcendit non recto non ad interiora per ante:aliud p tranſuerſale ab inferioribus incipit aſcẽ dens non recte ſub pari deſcendente: par latitudinale träſuerſalibus eſt tangẽs pellicula uentris.ſ.ſiphac.

Incruciant ſe muſculi tranſuerſales dextri inuicem & ſiniſtri inuicẽ: & ſic in duas cruces: Incruciatio apparet in ſubſtãtia muſculorum ſed cordarũ nõ: quia ſuperior cordam habet:inferiorum uero non apparet corda: niſi latitudinalis muſculi.

An cordæ ſuperiorũ muſculorum faciant tertiam crucem in medio iuxta pecten.

Separa cordam latitudinalium a ſiphac:& oſtẽde utrunq̧.

Scinde ſiphac uel melius beritheron:& oſtende ſitum naturalem inteſtinorum.

Intumeſcit mirach:cum rumpitur ſiphac.

Lateralis inciſio in aſclite:exemplum in ſiniſtra iſta immediate ſuper os ylii.

Girbus exiens ligatur:poſt abſcinditur:quia tactũ ab aere ſtatim putreſit.

Suitur inteſtinum:et intromittitur.

Suitur mirach &c.nõ ſuas muſculos:nõ.n. ſunt partes mirach:neq̧ impediendi ſunt in operatione ſua: tum quia ultimum ſuẽdum eſt ſiphac:quod eſt ſupra muſculos iuxta Auicẽ. & non ſub eis: ſed Almanſoris primo ſub muſculis eſt ſiphac: & ſic diſcordia i nominibus eſt iter Auicen.& Almanſorem:quem nomines ſiphac.

Girbus ſtomachum cooperit: & omnia inteſtina:ex triplici ſubſtancia eſt. paniculis duobus ſubtilibus adipem cõtinẽtibus. Adipe ſepoſa:arteriis & uenis. Cõtra quia arteria differt a uena:ex quadruplici ſubſtantia eſt girbus: & non tantum triplici.

Dixit Auicenna.xxii.tertii.c.primo arterie plurime:& uene pauciores eis.

Colligantia ſtomacho:ſpleni:inteſtinis:& ſpecialiter colõ.

Oritur a panniculo carnoſo ex dorſo inter diaphragma:qa ibi terminanſ extremitates pãniculorũ ſiphac ueſtiẽtiũ. A uena magna & arteria oriũtur parua texẽtia:& meſenterium ſepoſum.

Inteſtina ſex:tria ſubtilia:ſuperiora:tria groſſa:inferiora.

Almáſoris & colliget primis:duabus tunicis componunt: non propter contentū:ſed ꝓpter periculū excotiatiōis. Interius uiſcoſitatem habent herētem:ut ſtagnatio : qui uili ſunt intra:qui extra.

Rectum fece remota ligatur in duobus locis:& inter ligaturas ſcinditur.

Galenus in libro de anatomia matricis. Anus dicitur totū rectum.laxa uero inferior pars recti in finē uocatur ſicteris. Nota multitudinem meſeraicarum ad inteſtina terminatarum.

Galenus in libro de anatomia uiuorum:rectum in extremitate quatuor habet lacertos:quibus ſtringitur: ut ſex retineatur fortem habet attractionem:latitudinales uilos non habet:quia ab extra eſt expulſio eius.

Colon iuxta ylia incipit Almā.in dextro : circa ren ſiniſtrū multum inuoluitur:aſcendit:cooperit ſplen:ſuperequitat ſtomachum:hinc ſincopim facit materia in eo contēta:huic maxime alligatur girbus:in dextro tegitur penula epatis:ubi alligaɾ chiſtis fellis:& ſic dolor colicus creſcit ſumpto cibo:ſed renalis non.

Monoculus iuxta Mundinū duo habet orificia : ſed Almā. primo:Auicen.xvi.tertii:Auerois & Alberti.iiii. metheo rorum:Cōmen.libri ſectarum:unum tantum habet orificium:attractioni & expulſioni ſeruiens in duabus horis: locatur in dextro iuxta ancham:infra ren dextrū:de hoc aliqui nihil in ſe continet:qđ ad nutriēdū ualeat.

Hylion ſubtiliū eſt:iacens circa ylia:ſubtilis ſubſtātie:ad ſiniſtrum ad ſpondiles declinat:multas meſeraicas terminat:ideo ieiunū redditur:meſeraicē ſunt rami uenæ portæ:ualde incarnatur meſenterio.

Almanſoris primo:inuolutum appellatur quia multis inuoluitur reuolutiōibus:ieiunum uero quia uacuū : quia colera in ipſum cadit a fine duodeni ubi uenit chiſtis: ſtimulans expulſiuam.

In libro de anatomia uiuorum:dicitur ylon ab yle quia cōfuſum eſt ſeu reuolutum.

Almanſor duodenum & rectum in lōgitudinem corporis extenduntur:ut in ipſa cadens materia precipitetur.

Tres cauſæ ieiunii in ieiuno: multitudo meſeraicarum ſu-
gentium: recentia & multitudo coleræ cadentis in ipſo
& ſtimulantis expulſiuam: erectio in ſitu.

Duodenum quia. xii. digitorum. Cōmen. libri ſectarū om-
nis homo cum longum habet ad menſuram ſuorum di-
gitorum.

In anatomia uiuorum: duodeno dominatur neruus per lō-
gum: quo expellit: licet debilem habeat expulſiuam: for-
tem habet attractiuam.

Non rumpas canale fellis ad extremum eius terminatum.

Meſenterio alligantur inteſtina dorſo: componitur ex ue-
nis: cordis: panniculis: ligamentis: ſubſtātia pingui ſepo
ſa: carne glādoſa: que in ſuperiori parte groſſa eſt: in hoc
congregatur melancholia mirachia.

Stomachum infla: locus eſt medium ſex poſitionum: Cor
ſupra: mediāte diaphragmate: inferius meſenterium: in
teſtina: dextrum epar: ſiniſtrum ſplen: ante zirbum: poſt
dorſi muſculi ue na magna: & arteria: ſuperius ſtomachi
ad ſiniſtrum declinat: inferius uero ad dextrum.

Colligatur ſpleni per uenam partem melācholiam ori ſto-
machi: & per uenam portantem nutrimentum lateri ſi-
niſtro ſtomachi cū epate per duas meſeraicas ad fundū
ſtomachi uenientes: cum cerebro per neruum ad os ſto-
machi ſparſum per partem ſtomachi ſuperiorem. Cum
corde per arteriam magnam: quæ ſub ſtomacho eſt.

Figura ſtomachi arcualis: rotunda: ampla: ut cucurbita re-
torta: rotundum integre cum oblungo: habentes. n. ſto-
machum rotundum: poſt cibum difficulter anhelant.

Tunicæ ſtomachi duæ: exterior carnoſa digerens: uilos ha
bens latitudinales: interior membrana ſentiens uilos ha
bens longitudinales & tranſuerſales: longitudinales in-
tra ſunt: tranſuerſales uero extra primam ſub ſecunda.

Contra Gale. iiii. de uti. parti. tres ſunt tunicæ ſtomachi: re
ſpondent numero in Gal. panniculum uniuerſalē aliis me
bris: contra primo Almāſoris: & primo colliget. c. xxiii.
ſtomachus cōponitur ex tribus tunicis: una uilos habet
longitudinales: alia latitudinales: tertia tranſuerſales: ta-
unica aūt cōis ſi eēt: uilos nō hēret: ꝗ. Gal. xiiii. de uti. par
ti. c. ultimo: ſtomachus inteſtina ex duplici tunica &c.

Os ſtomachi duplex:ſuperius:inferius:primum ligaꝰ.xiii. ſpondili quæ eſt prima alchatim:&.xx. in numero diaphragma uero.xii.ſecundum os ſpondili renum alligaꝰ ſ.uniuerſali ſpondili que eſt.xxiiii.ſed eſt.xviii.dorſi.

Splen ruptis quibuſdam coſtis ſiniſtri lateris apparet: herens ſecundum concauū parieti ſiniſtro ſtomachi: ſecundum gibum dorſo ſiphac & panniculis ſubtiliſſimis a ſiphac ortis: nō ita alte ſituatur ut epar: figure quadrāgularis:rare ſubſtantiæ:ſpongioſæ.

Colligantia:cum epate:meſenterio:zirbo:ſtomacho: quia a porta exit uena magna:cuius primus ramus portat ſanguinem aquoſiorē & humidiorē ad meſenterium nutriendum:ſecundus ramus prope ſplen uadit ad ſiniſtrum inferius ſtomachi nutriendum poſt intrat hæc uena ſplenem in cuius cōcauitate biſurcatur : ſuperior ramificaꝰ. unus ramus iſtorum nutrit ſuperius ſiniſtrum ſtomachi alter ramus ad os ſtomachi portat melancholiā:quæ excitat appetitum.inferior ramus nutrit girbū ex ſiniſtra. colligatur cordi per arterias.

Auerois primo colliget.c.vi.portam in epar in concauo in quinqꝫ diuidiꝰ qui ramificantur uſqꝫ ad capillares : uſqꝫ i gibum epatis:ubi capillaribus uene chilis occurrunt:eis materiam ſanguineam prebentes.Auerois primo colliget capitulo.xxvii.

Extra epar diuiditur in octo:prima paruarū uadit ad duodenum : ſecūda portanario ſtomachi interiori biſurcata: tertia ad deorſum dextri nutriendū:quarta ſpleni tripartitur unus ad ſiniſtrum ſtomachi ſurſum:ſecundus ad ſuperius dextrum ſtomachi:tertius ad gibum ſtomachi:& diuiditur in duos:unus ad deorſum ſtomachi ſiniſtrum: alius ad os ſtomachi pro melācholia: quinta inteſtino recto:ſexta girbo ſtomachi:ſeptima ad colon:octaua ad ieiunum & orbum.

Videtur ꝙ ramus ad ſuperius ſtomachi partiatur i dextrū & ſiniſtrum:& ramus deſcendēs ad infra diuidatur & ſic in dextrum & ſiniſtrum.

Contra Almanſoris primo porta non portat ſanguinē.idē Auerois primo colliget .c.xxvii. ſed .c.vi. dixerat ramū porte uenire ad nutriendum ſtomachi ſuperiorem dorſi

dextre

dextre partis:aut igitur iſta uena portat ſanguinem aut nutritur ſtomachus ab extra non ſanguine. Tũ Galenus uoluit ſplen aliquo mõ ſanguificare. ergo uena a ſplene ſanguinem portabit impurum.

Reſpondent portam per meſeraicas portare nutrimentũ a ſtomacho & inteſtinis:nõ ſanguinem ſed porta per uenas membris tranſmiſſas ſanguinem mandat : ſed quid de uenis ad inteſtina?

Erige corpus anatomicũ. Epar in dextro ſtomachũ amplectit:quiq; penulis aliqñ quatuor:Almãſoris primo lunaris figure:qa hẽt cõcauũ & cõuexũ:iõ apoſtema eſt lunaris figure:interius a pte ſtomachi cõcauũ:uene eius rete cõſtituunt:retis uacuitates carne implent:rete cibo impletur ad minima diuiſio:ut melius ſanguificetur.

Colligatur cordi:per uenam chilis & arteriam aorti : cum diaphragmate cui ſuſpenditur:ad ſpondiles quibus alligat per panniculũ.panniculus duplex.circũuoluẽs ſubſtantiã epatis:quo ſentitur dolor extẽſiuus a uẽto:ſuſpẽdens & eſt alligans ipſum ad diaphragma ſuperius : quo ſentitur dolor grauatiuus a pondere humoris: & ſic cõmunicat cerebro.

Orta duo: Vene:chiſtis fellis: Vene due:chilis:porta . Ariſtoteles chilis oritur a corde:Galenus ab epate : Auerois eſt cum Galeno.

Subſtantia:ſanguis coagulatus:integre quaſi ſanguis.

Egritudo Idrops:carnoſa yponſarcha:aquoſa aſclites: uentoſa timpanites.

Chiſtis:in concauo epatis:in media penula:emungit coleram per paruum ſatis ramum ut ſubtilitas humoris exiccetur:intrantem collum groſſum chiſtis quod tendit ad duodenum:& ſic in uia biſurcatur ramus ſubtilis ad fundum ſtomachi:portans coleram ad excitandum digeſtiuam:ſed non expulſiuam : & quia aliquando iſte ramus eſt groſſus:iſti naturaliter euomunt coleram:& ſunt naturaliter infortunati:ramus groſſus tendit ad finem duodeni uerſus ieiunum ad ſtimulandum expulſiuam.

Subſtantia:pellicularis:in libro de anatomia uiuorum cõponitur ex filis longitudinalibus latitudinalibus & tranſuerſalibus:ad hoc ueniunt arteriæ uenæ & nerui.

Eleua ſplenem & epat ſed nō totum propter ortum uene chilis & arterie aorti quæ in directo renum ramificatur in emulgentes ſanguinem aquoſum ab epate duas quæ intrant renes:& arterie ſecum intrant:orificium emulgē tis dextre eſt cōmuniter altius ſiniſtro. Scin de renem ꝑ longum & aparebit colatorium ſequeſtrans ſanguinem ab aquoſitate urinali. Colatorium eſt pānus rarus factus ex emulgente uena rarefacta:ex quo diſtillat urina exiēs ad orificiū renis ubi continuatur porus uritides portans urinam ad ueſicam. Egritudines renum: lapis: pilus &c.

M.D.III. uidi monſtrum habens duos poros uritides in ſiniſtro & unum tantum in dextro.

Colligantia cum cerebro per neruos a nuca uenientes ad texendum panniculum reni circūuolutum quo ren ſen/ tit:a ſpondilibus.n.tranſmittitur ueſtis ligans.cum cor/ de per arteriam a corde uenientem per medium epatis ad renes. Cum epate ut in anatomia uiuorum per uenas portantes ſanguinem nutriturum exteriora renum: inte riora enim nutriuntur ſanguine ex aquoſitate collecto.

Subſtantia carnoſa:ſolida:ſanguinea;panniculo tecta: cola torium:concauitas;figura oblunga.

Vaſa ſpermatica:duo:dextrum ſiniſtrum: ſiniſtrum oritur a uena emulgente ſiniſtra in medio inter chilim & renē: dextrum oritur intra emulgentem dextram ſuper partē renis inferiorem:& arteria ab arteria oritur:& ſic ren eſt lectus uaſis.

Contra Auicenna dixit in anatomia ab emulgente ſiniſtra duas uenas uenire:& bis ſic uidi. M.D.II. M.D.III.

Dubium eſt Gale. xiiii. de util. particularum. c. vii. & ſolu/ tio eius eſt: quia dextrum calidius ideo materiam cali/ diorem gerit. viii. pro maſculo.

Quare a teſticulo ſiniſtro exit ſperma pro ſemina. Reſpon deo quia uas ſiniſtrum exit ab emulgente plena ſangui/ ne aquoſo.ſ.anteꝗ̄ mūdificetur per renem. A dextro au/ tem uaſe pro maſculo quia uas dextrū a chili oritur ple/ na ſanguine mundo.ſ.poſtꝗ̄ ren ſugit aquoſitatem:tum quia ramus arterie miſcetur uaſi dextro: & ſic copioſius ſpiritū portat:& ſic patet ꝙ eleuatio ſiniſtri teſticuli poſt coitum eſt ſignum pro ſemina:quia exiuit plus de mate

tia a ſiniſtro. quemadmodum eleuatio dextri eſt ſignũ pro maſculo: quia plus de materia tranſiens per illud uas contrahit ipſum.

In anatomia uiuorum. Vaſa antecedẽtia ſunt quædam uenæ quæ prodũt a cerebro uſq; ad teſticulos: & defferũt ſanguinem dealbatum ad teſticulos qui erat ad nutrimẽtum cerebri.

In muliere. Vaſa ſpermatica deſcendũt in matricem: & extra matricem contexuntur & circa eorum teſticulos reuoluũtur textura carnibus glandoſis impletur: in his generatur humiditas ſaliualis delectans mulierem in coitu uaſa penetrant ad concauum matricis. & uocantur cotilidones: quibus alligatur fœtus matrici: quibus portatur ſanguis menſtruus; quidam perueniunt ad os matricis ad portandum humiditatem ſaliualem dictam: ab his ramificantur duæ uenæ: dextræ & ſiniſtræ penetrantes in mirach ad cutim aſcendunt ad mamillas: & a profundo pectoris in directo pomi granati exit in mamillas.

Cotilidone ſunt duæ uenæ quæ ramificãtur in multos ramos reuertentes quelibet earum in unum truncum & iterum in multos ramos deinde in unum trunchum: ſimiliter eſt de duabus arteriis.

Matrix locatur in cõcauitate alcatim intra peritoneum ſic φ iacet ſup recto inteſtino & ante uſq; in femur: & Galenus in libro de anatomia matricis collum matricis ſubſidet collo ueſicæ: & in libro de anatomia uiuorum collũ matricis eſt uirga euerſa.

Colligatur cordi per arterias: epati per uenas: cerebro per multos neruos: cum his alligatur diaphragmati renibus & mirach: & ſpecialiter cum mamillis: cum ueſica: colõ & ſubtilibus inteſtinis: ligatur anchis & iuncturis ſcie ligamentis groſſis fortibus iuxta matricem ſed ſubtilioribus iuxta anchas procedẽtibus: ut cornu a capite animalis ideo cornua appellantur exteriora: cornua etiam interiora habet quibus alligatur fœtus: & ſunt ut capita mamillarum: & in anatomia uiuorum ligamẽta deſcendũt ad genua & pedes: & ſuperius alligatꝰ diafragmati. aſcendunt ligamenta uſq; ad mamillas & oculos.

Figura quadrangularis: ad rotunditatem: collum longum

habet inferius:dixit Mundinus quantitas mediocris ut ueſica:dixit Galenus in libro de anatomia matricis communiter digitorum.xi.ſuperior pars prope umbilicum eſt.inferior uerſus pudendum.

Subſtantia duplex.Cõtra. dixit Galenus.xiiii. de uti.particularum capitulo ultimo ſtomachus & inteſtina ſunt ex duplici tunica matrix uero & ueſica ex una. Sed dato ꝙ ſint duæ tunicæ diſcordia eſt:ꝙ neruoſa eſt exterior:uenoſior q̃ intra exterior ſimplex:interior dupla:ſed in anatomia uiuorum exterior carnoſa interior neruoſa exterior ſpiſſior:interior ex longitudinalibus latitudinalibus & tranſuerſalibus componitur.

Partes exteriores ſunt latera quibus alligantur teſticuli: & uaſa ſeminaria inuoluuntur cornua duo dextrum & ſiniſtrum:collum:eius extremitas eſt uulua:collum eſt palmaris q̃titatis:latum dilatabile: pelliculoſum rugoſum: habet extremitas uulue duas pelliculas claudẽtes eam: correſpondentes pellicule tegẽti præputium. Scribitur in anatomia uiuorum ſtringitur collum matricis ꝙ ſolũ urina meatum habet per ipſum:ſed os matricis interius ita ſtringitur ut non poſſit acus intrare: ſed hora partus ita aperitur:ut concauitati eius adequetur.

Scinde eam per medium:tegitur os matricis in uirgine uelamine ſubtili:ſed in corrupta eſt ruptũ: os eius eſt ut os tinche antique.

Cellulæ tres in dextro:tres in ſiniſtro & unã in medio:cellula eſt concauitas in matrice in qua ſperma coagulare poteſt ſanguinem menſtruũ & alligare orificiis uenarũ.

Contra in libro de anatomia uiuorum quidam decepti dicunt.v.cellulas quidam.vii.ſed dicendum ꝙ eidem cornu plures poſſunt fœtus adherere.

Item Galenus.xiiii.de utilitate particularum.c.iiii. quemadmodum totum corpus diuiſum eſt in dextrum & ſiniſtrum:ſic & ſinus matricis:quia multitudo ſinuum facta eſt matribus illis: licet in aliis animalibus multa parere egentibus q̃ multos ſinus creauit:ſicut.n.duæ matrices ad unum collum &c.

Vaſa ſpermatica tendũt ad teſticulos:qui extra corpus ſũt quod eſt moroſi coitus:ſuperequitant os pectinis:uelan

tur teſticuli didimo: qui eſt panniculus ortus a ſiphac: ſtrictus in origine: dilatatus apud continentiam.

In ſumitate teſticulorum reuolutionem faciunt circa partem teſticuli & reaſcendunt per os pectinis uſq; ad collū ueſicæ: & cum eo intrant uirgam & uſq; in teſticulos p̄paratoria appellantur: a teſticulis uero ad uirgam delatoria: neruoſa magis q̄ prius.

Diſcordia Galeni & Ariſtotelis ubi generetur ſperma an ī uaſis circūuolutis: ut uidetur Ariſtoteli: an in teſticulo ut uidetur Galeno.

Dicūt quidam pro concordia φ uaſa ſunt ibi partes teſticuli ideo idem eſt completi ſperma in uaſis & in teſticulis & innuunt φ uaſa præparatoria & delatoria cōtinuata ſint. Sed non eſt uerum quia ſubtiliter excoriata reuolutione præparatoriorum & etiam reuolutione delatoriorum inueniunt finis præparatorii diſtant a principio delatorii per tertiam partem teſticuli: & ſic oportet ſperma poſt exitū a præparatoriis ante ingreſſum delatiuo℞ eſſe in ſubſtantia teſticuli.

Caſtratio. Reducas teſticulū alte iuxta os pectinis: & locū ſigna & depoſito teſticulo ſcinde: deinde excarnando a didimo teſticulum abſcinde: incidendo uas ſpermaticū: poſtq̄ ligaueris didimum & uas ſpermaticum: deinde conſolida.

Eleua renem & excoria porum uritidem: & uidebis eum terminari ad medium ueſicæ: & non perforare ueſicam uno foramine magno: ſed paruis obliquis inter tunicam ueſicæ & coopertorium tendentibus donec ad collum perueniant ueſicæ ubi aliam perforant tunicam in concauitatem cadunt Raſis primo Almanſoris. Scinde ueſicam: neruoſa eſt: & concaua: ſed collum carnoſum: muſculoſum: exilis foraminis: continuatum cum præputio.

An tunicam unam tantum habeat ueſica. Reſpondet una eſt & coopertorium unum: ideo poteſt dici una & duæ: contra exterior habet lōgitudinales uilos: propria ergo eſt. Item in libro de anatomia uiuorum fluit urina inter duas tunicas: exterior tunica eſt contexta filis longitudinalibus. Interior uero latitudinalibus & tranſuerſis: duplicatur interior ad exteriorem.

Cōtra Galenus.xiiii.de utilitate particularum capitulo ul/timo dixit ꝙ ueſica habet tunicam unam tãtum.quia ſu/perflui eſt collectiua.

Extractio lapidis:ligato ſedēte ſuper ſcamno perforato po/ſito digito in culo:& manu ſup femur:deducitur in col/lum ueſicæ:& inde extrahitur:aut ſcindendo ſi magnus aut ex uirga extrahendo ſi paruus.

Virga collo ueſicæ alligatur ligamentis ab oſſe pectinis or/tis:& in anatomia uiuorum uenit etiam quædam liga/menta a duobus latis oſſibus:cum neruis ortis a nucha: cum magnis uenis & arteriis ortis ab inſurcatione uenæ chilis:& arteriæ aorti ad ãchas:maioribus q̃ ad aliud mē/brum eiuſdem quantitatis niſi lingua:carnoſa eſt uirga: uento inflabilis:generato in arteriis.

In anatomia uiuorum habet uirga duo paria muſculorum unum longitudinalium aliud tranſuerſalium:exeūt mu/ſculi uirge p duo foramina ſpherica ampla in oſſe ſemo/ris:ideo uirga oſſi implantata dicitur a Galeno de utilita/te particularum uia ſpermatis & urine in radice eſt due: in fine uerſus exitum eſt una:in maſculo & femina.

Os ſemoris in dextrum & ſiniſtrum diuiſum eſt:in femina uero lumine oppoſito apparet ligamētū: in maſculo nō: ſed coquendo os uſꝙ ad conſumptionem ligamenti:aut ſeperationem oſſium apparet in maſculi oſſe dualitas.

Rumpe os ſemoris:& ſcinde uirgam per longum uſꝙ in canalem:longitudo eſt palmi:in anatomia uiuorum lon/gitudinem habet naturalem in.v.& xi.digitos:ſubſtan/tia neruoſa:preter præputium.

Ani uide muſculos quattuor:aperientes & conſtringētes: uenas.v.emoroidales. Anus eſt totū iteſtinum rectum: cuius extremitas dicitur ſicteris:non habet ſtagnationē interiorem:oppoſitum eſt de aliis inteſtinis.

Excoria uētrem mediū uſꝙ ad principiū colli: ibi uide du/as ſurculas:ſuperiorem:inferiorē:lateraliter uero dextrū & ſiniſtrum.

Quinꝙ interiora:cutis:pinguedo : mamille:muſculi: oſſa: cartilagines.

In muliere mamilla ut cucurbita rotunda:pinula unde ſu/gitur lac:in ſit congregatio uenarū per māmā ſparſatū.

Subſtantia:caro glãdoſa:numerus: duæ:locus in pectoris dextro uel ſiniſtro.

Colligantia cũ corde & epate per uenã aſcendentẽ: a qua iuxta furculam ramificantur rami qui deſcendunt ſupra dorſum & intra coſtas penetrant ad mamillas:cum matrice mediantibus uenis dictis.

Muſculos omnes uidere non potes quidam dilatãt tantũ: quidam dilatant & conſtringunt:an ſint.viii. & a ſupra: & ab infra:& a dextris:& a ſiniſtris.

Dilatãtes ſunt muſculi diaphragmatis qui in interioribus pectoris ſunt aperientes cõcauitatem inferiorẽ magnã.

Muſculi duo colli porrigentes cordas ad oſſa toracis aperiunt concauitatem paruam ſuperiorem.

Muſculi orientes in dorſo iuxta originem primæ coſtæ:ſũt etiã alii: ut inter coſtam & coſtam quatuor iuxta Auicẽnam & Galenum.ſ.duo latitudinales & duo trãſuerſales ſunt igitur.lxviii.iuxta Auicennam & Albertum magnũ primo de animalibus:quia inter.xii.coſtas ſunt.xi.ſpatia & quodlibet ſpatium habet quattuor.ſ.duos intra duos extra:quia ex ſumitate coſtarum uili eleuantur propius in radice coſtarum eleuantur diſtantius.

Oſſa duplicia:coſte:toracis:coſte.xii. ſeptem uere: quinq; mendoſe.uere cum torace cõtinuantur.Furcula ex oſſibus & cartilaginibus componitur. in cuius extremitate eſt ſcutalis cartilago.ſ.pomum granatum: in extremitate coſtarum mendoſarum ſunt cartilagines.

Incidantur coſte pectoris a dextro & ſiniſtro ubi eſt coſtarum teneritas.

In pectore ſunt panniculi:cor:pulmo:& orta:pãniculi tres mediaſtinus diuidens pectus ab ante in poſt ſeparãs pulmonem per medium in dextrum & ſiniſtrum:non neruoſus:nec continuus:nec uere unus ſuſpendit pulmonẽ ad pectus.Auicenna in anatomia appellat diaphragma mediaſtinum:

Pleura eſt panniculus durus neruoſus magnus cooperiẽs omnes coſtas interius.

Pleureſis uera non uera: ratione loci:ratione humoris aut uenti.

Diaphragma eſt panniculus: in fine pectoris & coſtarum:

alligatur ſpondili.xii.a poſteriori: ab ante cũ cartilagini bus coſtarum:quẽadmodũ ad partem mediam quæ ner uoſa & panniculoſa ligatur cum pulmone:ut moueat ip ſum motu anhelitus mediantibus neruis ad ipſum a ce/ rebro & nuca uenientibus:eſt.n.muſculus : & ſic motus eſt uoluntarius:& eſt opinio Galeni. Pluq̃cõmẽtator eſt naturalis:a ſanguinis ebulitione ſed uoluntas adiuuare poteſt. Auerois a pulmone naturalis:a pectore uoluntari us:a diaphragmate naturalis : & ſic eſt partim naturalis partim uolũtarius:ſed plus naturalis:ſi diaphragma mo uet non naturaliter ſed uoluntarie : tunc eſſet plus uo/ luntarius quia a duobus eſt uolũtarius:ab uno uero agẽ te naturalis. In anatomia uiuorum uidet ꝙ uolũtarie qa deſcendit neruus directe & perpendiculariter per medi um punctum diaphragmatis præſtans ſenſum & motũ qui poſtea ramificatur & diffunditur per totum diaphra ma:ueniunt alii duo nerui a quinto & quarto pari:& tẽ/ pore neceſſitatis muſculi pectoris adiuuant ipſum dia/ phragma:dicitur metafreno quaſi mentis frenum: quia eo læſo mẽtis operationes ledẽtur.& ſic frenum eſt quo cor mentem regit.

Figura:rotunda:oblunga:ſubſtãtia muſculoſa:cordoſa dif/ fert ab aliis muſculis:quia caput habet in numero & cor das circum.

Eleuatis pãniculis apparet pulmo:i cuius numero eſt cor: uelatum penulis pulmonis:radix cordis ad dextrum: cu ſpis ad ſiniſtrum:magnitudinis maioris q̃ in alio anima li proportionaliter:propter proportionaliter plus habe/ re de calore in quanto.

Figura pinealis:quia calidi eſt piramis:& triangularis eſt: contra platonicũ eſt illud:reprobatum ab Ariſtotele ter/ tio cæli: ꝙ ſi allegat experiẽtia qa ignis naturaliter rẽdit ad piramidem : id eſt mixtum imperfectum quod ſe/ cundum naturam leuitatis ſuo motu ſic figurari poteſt: cuius oppoſitũ eſt đ mixto perfecto præſertim animato cuius figura eſt ſecũdum ꝙ exigit forma pro opere &c. non aſcendit cuſpis in ſurſum propter grauitatem ſan/ guinis dextri uentriculi:tũ quia nõ bene reciperet ſan/ guinem : extra cor eſt capſula: neruea : non continuata

cordi

115

cordi:cõtinens aquoſitatem qua exicata:maraſmus eſt: quod ſuperflua iectigatio tremor cardiaca ſunt.

Si numeratur mediaſtinus quia ſimul ſunt:ſunt tres tunice capſule.

Circa cor pinguedo ratione multe agitatiõis ſanguinis:ut in forti agitatione lactis butirum extrahitur auricule ut fumum aut ſpiritum capiant ut ſiniſtra:aut ſanguinẽ ſuperfluum ut dextra.intra cor tres uentriculi dexter ſiniſter medius.In anatomia uiuorum cor tres folliculos habet:in ſuprema eſt aer in infima ſanguis in media miſcetur aer cum ſanguine ad ſpirituum generationẽ:ideo ſpirituum dicitur.

Ariſtoteles tertio hiſtoriarum: in magnis animalibus tres apparent uentriculi in mediis nõ apparet ſiniſter:in paruis apparet dexter tantum.

Galenus in libro de iuuamento anhelitus reprehendit Ariſtotelem de numero uentriculorum : quia uult eos eſſe duos tantum.Raſis & Auerrois duos nominant.

Inductio Ariſtotelis mihi ſidem facit : tum quia auris dextra eſt pars cordis : infra quam eſt concauitas : tum qa inter partem unde intrat aer quæ eſt ſiniſtra & arteriam aorti eſt medium ſeparãs ideo facilis eſt in tres ſeparatio cordis uentriculos.

Scinde cor in parte dextra a cuſpide ſic ꝙ parietẽ non tangas:occurrẽt duo oriſicia:unum uerſus epar : & eſt uene chilis:maximum:unde ſugit cor ſanguinem ab epate:dixit Mũdinus omnem ſanguinem digeri in corde : quod non cõmuniter conceditur:& patet de exeunte per portam epatis.

Errat Haly.ſecundo techni dicens ꝙ cor dilatatione tangit pectus:quia non tangit ſecũdum latum: ſed ſecundũ cuſpidem dum cõſtringitur cor.Tunc dilatato corde dilatarentur arterie:quod cõmuniter negatur:licet concedatur ab Haly.& cõceditur in libro de anatomia uiuorũ.

Quemadmodum uena chilis intrans cor ramum circũfundit cordi:ita arteria intrans cor ramum circũſpargit cordi. Manifeſta ſũt tria hoſtiola in arteria aorti: aperta arteria:eandem circũferentiam diuidentia in tres partes ſub quarum unaquaꝗ eſt foramen arterie per ſubſtantiã cor

dis diffuſe:aperiuntur ab intus ad extra exeunti ſpiritui cedentes imperfecte clauditur chilis tribus hoſtiolis aperiuntur ab extra ad intus intranti ſanguini cedentes:ramificatur hæc uena in corde:unus intrat concauitatem alius circũuoluit cordi portãs ſanguinẽ quo nutrit cor. Correlariũ nutritur pulmo ſanguine ſuperfluente cordi:non pro nutritione cordis:ſed pro generatione ſpirituum:quia extrahitur ſanguis ſpumoſus ad pulmonem a uentriculo cordis:& non a uena circuente cor: fila tria inherent parieti cordis medio:ut cordis dilatatione aperiatur chilis:quia illa porte chilis infixa ſunt.

Aliud orificium uerſus pulmonẽ eſt uene arterialis portantis ſanguinem ſpũoſum a corde ad nutriendum pulmonem uene arterialis portantis &c. tria hoſtiola perfecte claudentia ab intus ad extra nunq̃ inueni: regitur duplici tunica.

Scinde ſiniſtrum cordis uentriculum habentes denſos parietes:& duo oriſicia circa radicem:unum arterie aorti ꝑfecte clauſũ tribus hoſtiolis groſſis ab intus ad extra hinc exeunt ſpiritus & ſanguis arterialis ad totum porte arterie natura peſulum apoſuit aut apodiamentum ut dilatato corde claudatur arteria.

Aliud orificium arterie uenalis unicam tãtum tunicam habentis duobus hoſtiolis clauditur:& non ꝑfecte ſed apodiãt parieti cordis dum ſpiritus exit ne inde ſpiritus trãſeant:portat aerem calidum ad pulmonem: & ſanguinẽ arterialem nutriturum pulmonem & in hac digeſtione nihil ſuperfluum reſecatur teſte Auicenna in anatomia extremitas huius uenæ eſt peruia aeri & i uia ſanguinis ideo ſanguis per reſudationem exit ui de utilitate partium.

Quare non apparet arteriam ſupra ſpondilibus exiſtentẽ i directo cordis cum corde cõmunicationẽ haberet dicendum ꝙ arteria aorti ramificatur ſub furcula intra ſi ramo flexo ad brachium:ramo aſcendente ad caput:ramo deſcendente ſuper ſpondilibus. Hanc arteriam ſuper ſpondilibus exiſtentem ſi diuiſeris apparẽt ſanguis arterialis multus apparet etiam foramina anteriorũ ſic ꝙ unicuiq; ſpondili unum par foraminum in ſine arteriarum tendere.

Medius uentriculus non eſt una concauitas ſed plures par

ue & late magis in dextra q̄ in ſiniſtra:an autem infra au
riculam cordis dextram ſit uenter medius intrādo corꝰ
Orta quatuor.uena chilis:uena arterialis:arteria aorti: ar/
teria uenalis:quintū adde ut neruus exiens a corde ſpar/
ſus per diaphragma.
Aduerte an ĩ interiori arterie ſit uilus lōgitudinalis an lati/
tudinalis an primus finis ſitꝰa totō haberi alius expellere.
Pulmo ex triplici uaſe:carne molli:panniculis. Vaſa : uena
arterialis:arteria uenalis : trachea diuiduntur ad dextrū
& ſiniſtrum quilibet eorum in duos ramos: ad ſuperius
ad inferius:ad paruos:capillares:inuicem texuntur ut re
te:replentur concauitates carne molli:iuncta triangula/
riter hec tria foramina uſq; ad panniculum exteriorem
deducun tur aperta : licet maior ſit trachee apertura:&
panniculus ſit rarus:& propter hæc fugitur ſanies ex pe
ctore a trachea & non ab aliis uiis.
Penule pulmonis quinq;:duæ ſiniſtræ:tres dextre: tertia ē
culcitra uene chilis:& arterie in directo cordis:inflet pul
mo:ut appareat magnitudo: ſitus:figura.
Excoria ramos trachee:ut uideas anulos rotundos & non
rotundos:quos expuit periplemonicus.
Excoria gulam & uidebis muſculos longitudinales ſub ue
nis guidez duabus quæ apopletice & ſomni dicūtur &
profunde:dextra:ſiniſtra:duas amigdalas:dextram ſini/
ſtram:ſunt carnes glandoſæ ad figuram amigdalarum.
Galenus de iuuamento anhelitus auctoritate Ariſtotelis
opilatio harum apopleticarum eſt cauſa ſomni apople/
xie:epilepſie:contra Modernos ponentes opilationem
in primo uētriculo cerebri tāq̄ ſolā cauſam epilepſie &c.
conceſſit igitur Galenus Ariſtoteli uenas apopleticas eē
uenas ſomni cum leuis eſt opilatio earum : & cum fortis
eſt eſſe apoplexiam.
Scinde furculam & accipe trūchum arterie aorti aſcendē/
tem & uenæ quæ anteq̄ egrediatur furculam ramificatꝰ
in duos ramos:dextrum ſiniſtrum ab alterutro deſcēdit
uena per ſpondiles dorſi ad nutriēdum.viii.coſtas & ſu/
perius pectoris:deinde itrat ſubaſſellam & facit baſilicā
incuruatur a brachii flebotomandam in pleureſi aſcēdē/
te dolore ad furculam & ramificatur ad ſilueſtre brachii

& facit cephalicam in curuatura : & biſurcata aſcẽdit ad caput:& ſic eſt de arteriis. Vene guidez ſũt ſuperficialis: uene apopletice ſunt profunde ſuper colli ſpondilibus ſub guidez ſuperficialibus.

Poſt uenas apopleticas ſunt nerui duo magni a ſexto pari ex quibus ramificantur reuerſiui:uocis reſiduum dextri pro maiori parte cõiũgitur : & in os ſtomachi ramificaꝛ: & tẽdit uſqꝫ ad fundum licet aliqua eius pars cum uenis & arteriis in furcula coniungitur & ad capſulam deſcendat:ſed ſiniſter pro maiori parte cum membris ſpiritualibus complicatur:& quãtum ad aliud cum naturalibus.

Eleua tracheam arteriam iſophagum:cum mandibulis inferioribus ſeparatis a ſuperioribus:labia iſeriora ſuperiora neruo a tertio pari:carne:cute:mira cõpoſitione inſeparabiliter contexum & muſculis : panniculo teguntur oriente a membrana meri.

Dentes.xxxii.duo duales:duo icíſiuꝛ:duo canini : quatuor maxillares:ſex molares:tot etiam ſupra palatũ concauũ diuiſum per cõmiſſuram a dextro in ſiniſtrum: & ab ante ad poſt:ſe incruciant ad annulos rectos : duo oſſa poſt cõmiſſuram ſunt quadrangula.

Vuula:pendens:rara:ſpongioſa:cauterizatur cum canna: fauces:ample glãdoſe:in quibus apoſtema dicitur gotũ. Coopertorium epigloti cartilaginoſum: mira ex tribus cartilaginibus compoſitum dixit Auerois prohibens ne aliud intret ad pulmonem.

Eleua meri cum trachea:ſubſtantia meri pellicularis:uia cibi concidens:mollis:Subſtantia trachee:uia aeris diſtãs: pellicularis:cartilaginoſa multis cartilaginibus cõtextis per circulos pelliculares incompletos uerſus meri.

Subſtantia meri duplici tunica integretur:interiori longitudinales uilos habente:extrinſeca latitudinales. Ioãnes Herculanus dixit non ſunt ibi tranſuerſales. Alii trãſuerſales ſunt pauci. In libro de anatomia uiuorum propter tranſuerſales difficilis eſt uomitus.

In libro de anatomia uiuorum meri directe procedit uſqꝫ ad quartam ſpondilem pectoris deinde declinat ad dextrum corrupte forte:quia ad ſiniſtrum:longior eſt cãna quia tendit uſqꝫ ad diaphragma infra quod cum ore ſto

machi continuatur licet alterius:ſint cõpoſitionis : quia os ſtomachi eſt magis neruoſum:medians inter cãnam & ſpondilis colli & dorſi.

Eleua meri ab inferiori ſollicite:ne tangas neruum reuerſiuum:& faciliter ſeparatur a trachea uſq; ad epiglotum: ibi uero difficulter:quia tunica meri diſperſa eſt in epigloto.

Eleuato meri apparet ſubſtantia groſſa & ſolida epiglotis compoſita ex quattuor:pelliculis:muſculis:neruis: cartilaginibus. Muſculi ſunt.xx.xii.intra.viii.extra:ab inferioribus originem habent.

Nerui duo aſcendentes iuxta tracheam:dexter:ſiniſter : & ſunt reuerſiui orti iuxta cor : uocis : nerui ſunt & reflectuntur in dextro cordis ſecunda reflexione:prima eſt in directo ſurcule.& horum inciſione ammittitur flamẽ cũ ictu.Galenus.xiiii.interiorum.c.vi.quinq; ſunt opera ex ſpiratio:flamen:flamen cum ictu:uox loquella:ordine dicto ſe ſequentia.

Cartilago anterior aliis clipeus eſt aut ſcutum:cõplens circulum eſt nomen non habens : tertia eſt cymballaris in medio cuius eſt fiſtula.

Lingua eſt caro mollis & alba Aueroís: Auicẽna.vi.tertii. hanc albedinem cooperiunt uene parue rubee circa pulmonis cãnã & epiglotim fabricata ĩ oſſe a laude ad quã magne & plures arterie ueniunt:duo paria neruorũ motiuorum in lingue profundantur radice:& ſenſitiuorum duo paria qui in ſuperficie & panniculo eius expanduntur ad dandum guſtum & tactum.

Contra Galenus quarto de ſimplici medicina diſtictione tertia capite quarto.cum ea ſola ſex nerui continuatur.

In libro de anatomia uiuorum habet lingua nouem muſculos.

Duo fontes ſaliue in quibus ſtilus itrat ſunt manifeſte aperientes iuxta linguam:& ibi ſunt carnes glandoſe.

An habentibus epilepſiã uene ſub lingua uirides ſint:quas raninas uocat Auicenna.vi.tertii & uiridis appellauit nõ dearticulans:& an flebotomande.

Caput in alto eſt oſſuoſum pluſq̃ muſculoſum:figure ſperice parum compreſſe lateraliter tuberoſum in occipitio

& ſincipitio.

Capilli:cutis:caro. In anatomia parua dicitur ſub cute ſūt pellicule quæ dicuntur muſculi:panniculus extra:craneum:panniculi intrinſeci duo:cerebrum:rete mirabile:os baſilare.ſub cerebro ſunt duo panniculi quia cerebrum ambiunt ſupra & infra.Orta ſunt.xi.

Generatur panniculus exterior ex neruis & ligamētis ortis a dura matre penetrātibus cōmiſſuras cranei.dicitur pericraneum:dicitur almuchati.

Craneum eſt os magnum extra tegens cerebrum cōmiſſuris adorem.i.ſerratilibus contextū:per quas exit uapor aut fumus & uili nerui a dura matre.Intrant per eas ue ne & arterie ad cerebrum:tribus coronali:ſagitali: lauda li:ex quinq; oſſibus cōtexitur:frōtis:duobus parietibus: lauda baſilari.

Cōtra ex.viii.oſſibus eſt craneum:ſine baſillari quia illud non ponit in numerum.ſ.due tabule:frontis: laude duo petroſa:duo paris. Tum etiam Vgo Senēſis reprehēdit Almanſorem Aueroim Ariſtotelem uolentes q; oſſa cranei ſunt ſex:quia uoluit baſilare eſſe ſeptimum.

Reſpondeo bene dicit Mundinus ſi per baſillare intelligit oſſa duo petroſa:& duo paris:& ſic octo ſunt.

Aliæ duæ cōmiſſuræ ſunt oſſium petroſorum:mēdoſe:cōtra Vgonem.quia ut dixit Ioannes Herculanus non penetrāt in directo cōmiſſuræ intra craneum: uerumtamē iuxta Auicennam prima primi quia oſſa petroſa ſunt uere diſcontinuata a craneo:ſed ſunt craneo appoſita & ſuperpoſita:ſed iuxta Albertum magnū primo de animalibus mendoſæ:quia non apparet ſicut aliæ cōmiſſuræ.

Bregma eſt pars mollior cranei & gracilior ubi uniuntur duæ iuncturæ.Contra.a Galeno appellātur uerualia duos parietes inter quos dirigitur ſagittalis cōmiſſura. & iſta duo oſſa proprie craneum ſunt.

Panniculi interiores:dura mater:pia mater: penetrat dura mater cerebrum in dextrum & ſiniſtrum uſq; ad uentriculum anteriorem.& diuidit cerebrum i anterius & poſterius.ſimiliter & pia mater etiam diuiſa eſt per cauernoſitates cerebri:ut nutrimētum tribuat: ut penetrauit circū circa uellat primum & medium uentriculum: po

ſterior uentriculus panniculo non indiget:quia cerebrū
eſt ſatis ſiccum.

Cerebrum:magnum:diuiſum in anterius & poſterius: ps
prior in dextrum & ſiniſtrum diuiditur : apparet diuiſio
in ſubſtantia cerebri & in uentriculis.

Auicenna tertia quarti tractatu primo.c.xx.ambobus uen
triculis anterioribus ſunt meatus.ſ.nares.

Scinde cerebrum leuiter per mediū donec peruenias ad
uentriculum anteriorem magnum:quidam uolunt uen
triculum inuentum diuidendo ſecundum cōmiſſuram
ſagittalem eſſe medium uentrem ; quia prius lateraliter
diuiſus eſt. Reſpondent ꝙ lateraliter ſparſe concauita/
tes ſunt uie ad nares expurgantes ſuperfluum.

Antequam profundes ad lacunam nota uentriculum eſſe
diuiſum in dextrum & ſiniſtrum:etiam parietes ſunt de
ſcendentes uſq; in baſim.diuide cerebrū a ſiniſtro.& ſta/
tim apparet amplitudo duorum uentrium anteriorum.

Media inter primū uentriculū & mediū.tria:anche ꝗ ſunt
baſis anterioris uētriculi dextri & ſiniſtri:de ſubſtātia ce/
rebri:neruus longus ligatus ligamētis:ſubſtātiæ ſangui/
neæ.dixit Ioannes Herculanus:rubeus:& neruulis alter
utrinq; claudit & aperit anchas.Galenus.ix.de iuuamen
tis.c.ulti.iacet uermis ſuper anchis.uermis elongatione
ſtringit:abbreuiatione aperit.

An tres ſint uētriculi cerebri? Rñdeo Almā.primo auctori
tate Galēi uētriculi ſūt q̄tuor : duo i añriori cerebri un⁹ i
medio:un⁹ i poſteriori cerebri ſiſtit.idē Auer.i.col.c.xvi.

Albertus magnus in libro de reſpiratiōe intrat ſpiritus cel
lulas anteriores ab arteriis p quēdam porum clauſum a
caruncula uermiculi.

Aperio cerebrū p mediū ubi cōiūctiua ſepat dextrū a ſini/
ſtro:pſundēdo donec arcus albus occurrat . Hic arcus ē
teſtudo uētriculoꝶ primi & medii. huius arcus ꝯcauitas
anterior eſt primus uētriculus:poſt ipſū occurūt anche.
ſup qbus eſt uermis ut muſculus:ſup quo eſt uena ex q̄
ſit torcular.Anchas api & mediū earū eſt uētriculus me/
dius.ibi uerſus poſterius cerebrū detege cuſpidem:& il/
la eſt ſumitas tertii uentriculi:& quemadmodum cuſpi/
dis baſis dilatat:ita uētriculus tertius latus eſt in fundo.

Poſt deſcende inferius & occurret lacuna:concauitas rotū da oblunga:in cuius medio eſt foramē tendens inferius ad palatū diagonaliter: & ei occurrit uia directa a medio uētriculi deſcendens in colatoriū:habet lacuna qnꝙ eminentias magnas rotundas ad ſubſtentandum uenas & arterias aſcendentes a rete mirabili ad dictos uentriculos.ideo in baſi eius apparēt glandule iuxta rete mirabile eminentes.

Superfluitates partium anteriorum per colatoria narium expurgantur|. Supefluitates uentriculorum duorum p lacunam mundantur.

His expeditis apparet uētriculus medius: qui eſt uia ab anteriori ad poſteriorem procedendo apparet uentriculus poſterior in cerebro poſteriori quod eſt uelatum & diſtinctum a primo uentriculo duobus dictis panniculis:durū principium nuce:principium plurium neruorum motiuorum.

Poſterius cerebrū eſt figure pyramidalis:quia uentriculus ī eo locatus eſt pyramidalis: baſis lata per quam recipit: acuties alta:per quam continet:eſt cacumen.

Eleua cerebrum leuiter ut non rumpatur aliquis neuorū: Incipiendo ab anteriori apparēt caruncule & ſunt iuxta Galenum de iuuamento anhelitus plene ſpongioſa carne:a medulla cerebri orte:matre pia uellate:in concauitate emunctorii narium: per poroſitates oſſis recipiunt uaporem.

Septem paria neruorum.Contra Galenus.x.de iuuamentis.c.v.anatomici non computant duos ramos qui ueniunt ad nares:uenit hoc ad dādum ſenſum olfatus : mollius aliis:parū differens a ſubſtantia cerebri. ſepe ego oſtēdi hoc par ſed anno.M.D.VI.non inueni ipſum:ſed nec mirum quia monſtruoſum erat corpus : imo in illo non erant carūcule māmillares . Cōtra tūc deberēt nerui terminari ad caruncu las quod non eſt uerum:ſed penetrāt ad nares ſub carūculis tranſeuntes.

In anatomia uiuorum nerui ſunt leues ut recipiāt ſpiritū: rari ut facilem & uelocem motum ſpiritui conſentiant: flexibiles ut membris ſeruiant.

Procede igitur eleuando cerebrū & uidebis neruos duos maiores

maiores aliis omnibus:obticos:quorum origo eſt a ſub/ ſtantia cerebri:in fundo uentriculi anterioris extra piam matrem antequam cerebrum egrediantur uel incrucian tur uel applicantur:exiſtentes perforati in loco cōtactus ſic q̄ eorum perforatione ſit una concauitas poſt conta/ ctum ad ſimilem crucis egrediuntur craneū : & quilibet eorum ad proprium uenit oculum.

Haly.Albertus.Cōmentator ſectarum cruciantur.x.expe/ rimentum militis uulnerati in dextro timporum perdē/ tis oculum ſiniſtrum.

Galenus:Raſis:Auicenna: Auerrois : applicantur tactu ad experimentum uulnus tetigit neruum ſiniſtrum & non dextrum.

Contra.experientia:quia tacto neruo dextro uiuēs ſentie/ bat dolorem in oculo ſiniſtro & tacto ſiniſtro neruo ſen/ tiebat dolorem in oculo dextro.

Secundum par neruorum ſubtilium durorum mouent uo luntarie oculos per foramina quæ in ſinu oculi ſunt exit a craneo & per muſculos oculorum ſpargitur : & eſt ualde groſſum.Gulielmus dixit dant ſenſum tactus uide piam matrem ibi collectam in modum nerui ſed rubei ī trantē oculum cum iſtis neruis.

Tertium par faciei dant ſenſum & motum uoluntarium ſe cundum partem:ſecundum aliam quarto miſcetur pari ubi primus uenter ad ſecundum peruenit.Auicenna di/ xit exit inter anterius cerebri & poſterius.Halyabbas ſe cūdo theorice.c.x.pars portat linguę guſtum : quædam ad tempora cum quinto pari miſcetur:& loca maſticātia naſi extremum:labia:pars ad gingiuas:alia ad dentes cō ferens tactum.

Galenus in libro de iuuamentis membrorum diſtenditur in radice naris inter cauernoſitates ibi . Et dixit Auicēna q̄ eſt ramus rami tertii.

Quartum par dat ſenſum diaphragmati:uiſceribus : & ſto macho:& ex eis ſunt nerui reuerſiui : poſt tertium eſt & magis declinans ad baſim cerebri.

Halyabbas palato guſtum defert:caue quia ibi ſūt duo pa/ ria ligamentorum ab oſſibus in cerebrum quæ apparēt pro propinqua natura neruorum.

Quintum par ad os petroſum uenit ad texendum panni/
culum ſuis filis per cuius unam partem audiendi fit ſen/
ſus.& in anatomia parua neruus ad aures dicitur poſti/
cus:& per aliam mouentur muſculi qui faciem mouēt:
Almanſoris primo.Halyabbas pars quinti lacerto pecto
ris motum:pars auri.
Auicēna ꝙ licet impar quinti paris eſt unum par: quia ſūt
propinqui ualde:ideo unum par pro uno neruo eſt accē
ptum. Item dixit quintum par ſimul cum.vi.ſimul pan/
niculis & ligamentis ligātur ac ſi eſſent unus neruus: ſe/
xtum ita par eſt exile habens foramē paruum ſupra quin/
tum & paruum. An appareāt.viii.paria: etiam duplicā/
do quintum: & non numerando ſuperequitantem.
Sextum par ſubtile ad palatum portat ſenſum. Halyabbas
pars uiſceribus ſenſū:pars uero gutturis lacertis motū.
Sexti paris ps gutturi & lingue:pars muſculis ſpatularū:
alia pars per collum deſcendit per multos ramos ad mu/
ſculos epigloti:qui cum ad pectus ueniunt diuiduntur:
quorum quædam partes ſurſum reuertunť uſqꝫ ad epi/
glotim:dixit.n.Galenus.xvi. de utilitate particularū.c.
liii.nam a ſexta coniūgatione mittit neruos &c. reuerſi/
uos &c.Alie partes per cordis capſulam ſparguntur:per
meri:per pulmonē & uicina loca & eius maior pars pe/
netrat diaphragma & maior pars ori ſtomachi continua
tur:& alia pars panniculo epatis i & ſpleni & uiſceribus
continuatur ubi etiam tertii paris partes continuantur.
Septimum par lingue portat ſenſum & motum : uenit a
parte poſteriori:a qua oritur nuca. Contra. Galenus.ix.
de iuuamentis.c.ii.ad linguam nerui molles dāt ſenſum
& ab anteriori cerebri ueniunt:nerui duri dant motum:
& a duro cerebri ueniunt:& prius iungontur pulmonū
& ſic errauit Muddinus ſi intelligit ꝙ unum par tātum
ueniat qui det ſenſum & motum.
Eſt aliud par neruorum ſubtile exiens a poſteriori cerebri
trāſiens ad anteriora ſuper loco aurium:de quo nihil in/
ueni a doctoribus puto ꝙ det motum ſuperciliis : ſtatim
apparet cum eleuatur cerebrum.
Dixit Iacobus Forli.omnia ſeptem paria ab anteriori cere
bri oriuntur.Auicēna uero quattuor paria ab anteriori

tria uero a poſteriori cerebri oriuntur.

Eleuatis panniculis ab oſſe baſilari in medio baſilaris in directo colatorii eſt rete mirabile: fortiſſime contextum ex arteriis ſubtiliſſimis duplicatum ab arteriis apopleticis: Huius retis opilatio cauſat ſomnum. Hoc nota quia Ariſtoteles dixit ſomnum eſſe paſſionem ſenſus cõmunis. Iſtud rete ſubſtentant carnes glandoſæ duæ: quæ etiam ſubſtinent duas uenas & duas arterias aſcendẽtes ad uẽtriculos cerebri. Auerrois primo colliget.c.xvi. nuce ſpõdilia rete cooperiunt: ſicut craneum cooperit cerebrum. An rupto oſſe in directo colatorii ſit rete mirabile. ſic uidi. M.D.III. & eſt camera ibi in quo iacet oſſibus clauſa & hoc puto intellexiſſe Auerroim.

An detur duplex rete. ſ. mirabile. i. admiratiõe dignum: ex arteriis compoſitum: & rete ſecundinale ex uenis per cerebrum ſparſis facientibus ſuã texturã. An tãtum ſit unũ rete quod integretur ex arteriis & uenis &c.

Os baſilare: durius ceteris: ex quinqꝫ eſt petroſis duobus: uno narium cauernoſo poroſo: duobus aurium. ſ. paris.

Sed quare nõ ex oſſe allaudæ? quia reflectitur in parte poſteriori ſub cerebro reuertendo ad anteriorem. Reſpondeo quia ſubſternitur nucæ. Contra. immediate eſt cerebrum poſterius ſub oſſe: & in medio cerebri originat nuca. Sed dubitatur ſi os baſis eſt ex illis: quare ponit in numerũ cũ illis: ſecũdo quomodo oſſa capitis ſunt. xxiii. Item os frontis reflectitur a ſuperciliis intus penetrãdo: & ſic ſubſtãtiam cerebri partem anteriorem: ergo ipſum eſt pars baſis.

Scinde os oculi uidebis locũ: colligantiam: cum neruo obtico: cum neruo motiuo: locus nõ nimis extra nec nimis intra: ſupercilia: palpebras: ſuperior muſculos habet: inferior non: tuberoſitatem maxillarum: naſum.

Oculus ſeptem habet tũicas nomine: quattuor uero re iuxta Galenum in libro de anatomia oculorum: & muſculos ſex. Tres humores deinde oculum ab ante in poſt prima tunica eſt cornea: quæ in morientibus exſiccatur & aplanatur: ſimilis cornu in ſubſtantia tranſparens dura: cuius poſterior pars ſcliro tica dicitur: a dura matre ẽ. Cornea ex quattuor tunicis contexitur: licet non appa

reat niſi difficulter : patet cũ oculus ultimate coquitur: experiētia noui:deinde hoc inueni in libro de anatomia uiuorum.

Secunda tunica eſt coniunctiua quæ oritur ab almuchati: qui eſt panniculus tegens craneum & ſecundum Gale/num in libro de iuuamentis anhelitus èſt inſenſibilis : & ſic patet quare non rigent oculi.Contra coniunctiua pri ma ē tunica qa ipſa eſt extra corneam patet in oculo ul/time cocto:& ſic eſſe dixit auctor anatomie uiuorum : & patet ratione quia oritur a pericraneo quod extra crane um eſt:& cornea a dura matre quæ intra craneum eſt.& Galenus eam circũ oſſalem appellauit & peruenit ad frõ tem per ſpatioſitates oculorum iuxta Galenum in libro de anatomia oculorum.

Tertia uuea : cuius foramē eſt pupilla:ideo iſta dicit pupil la:iſtius poſterius eſt ſecũdina:nec apparet ſutura uuee cum ſecundina : ſed uenis in ſecundina multis exiſten/tibus a priori parte uuee ſecernitur:aperitur uuea in me diocri lumine exceſſiuo conſtringit in ſuo foramine: tãq̃ natura nitente repellere nociuum . oritur a pia matre.

Quarta aranea cuius ſecunda pars dicitur retina : oritur a neruo obtico:eſt in ultimo claritatis & terſionis.

Galenus.x.de utilitate particularum capitulo ſecũdo prin cipium retine & ſubtilis miringa tegens cerebrum quã/do explantantur neruis ferens arteriam & uenam.

Galenus libro de iuuamentis anhelitus ſit uiſus nõ in chri/ſtallino oculi:ut Ariſtoteli uiſum eſt ſed in pelliculis ocu li.& decimo de iuuamentis membrorum:uiſus uere nõ eſt:niſi in iſtis neruis.ſ.opticis.Et.x.de utilitate particu/larum capitulo.ii.utilitas retine prima & maxima eſt al/terationes ſentire chriſtaloydei.Contra. retina ſentit & non ex opticis quia ex arteriis & uenis eſt.An inter ara/neam mediet albugineus humor?

Cataracta ex uapore eſt a capite deſcendente aut a ſtoma/cho aſcendente:prohibente trãſitum ſpecierum ad chri/ſtalinum:totaliter uel partialiter:lateraliter uel non: de/ducitur forando corneam extra pupillam oculi deponē/do nebulam ad ſilueſtre oculi perforatur.

Humores tres albugineus:chriſtalinus:uitreus ; antecedit

 121

albugineus chriſtallinū: & chriſtallinū ſequitur uitreus. An nutriat chriſtallinum uitreus ſua ſubſtātia aut ſangui ne tranſeunte per ipſum? Reſpondeo ſecundum eſt. ali ter omnia apparēt rubea ſanguine aliqd de ſuo colore re tinēte. Amplectitur uitreus chriſtallinū uſq; & ultra pa rum maximum chriſtallini circulum.

Auris: lateralis capiti: rotunde figure: cartilaginoſa: ambi gui foraminis: in cuius extremitate eſt miringa claudēs in oſſe petroſo aerem coronalem: mandibulas &c.

Diuide ſecundum lōgum totū corpus in duas medietates a collo uſq; ad caudam. ſpondiles ſunt. xxx. ſed os rotun dum ſuper quo iacet caput numeratum cum ſpōdilibus facit ca. xxxi. quorum ſeptem ſūt colli: graciles: maioris tamē cōcauitatis: dure firmiter continuate. An decima ſpondilis duas habeat bucellas? iuxta Galenum. xiii. de utilitate particularum capitulo. ii. xviii. itellige mediam non in numero ſed poſitione longitudinis dorſi. Alber tus primo de animalibus.

An aſcendāt bucelle ſupra decimam & infra decimam ſpō dilem deſcendant.

An decima ſpondilis duas habeat concauitates? & ſic ſpon diles ſupra decimam habeant bucellas iſra: & ſpondiles infra decimam habeant bucellas ſupra iuxta Auicēnam prima primi: & Albertum primo de animalibus.

Spondiles coſtarum. xii. ſeptem uerarum: quinq; mendo ſarum. Renum quinq; groſſi & magni: hos Raſis primo Almanſoris appellat chatin: alchatim tres & ſunt alauis caude tres & ſunt aloſos. Continēt omnes nucam. falſū eſt omnes: niſi intelligas ſupra ſpondiles renum: quia in renum ſpondilibus omnes nerui ſunt ibi collecti deſcen dētes ad muſculos inferiores ſicut cumulus filorum: nu cham dico uiſcoſiorem & ſolidiorem ſubſtantia cerebri tribuētem ſenſum & motum toti corpori a capite infra: in cuius principio apparet filum non penetrans diuidēs dextrum a ſiniſtro ſecūdum cerebri diuiſionem duobus panniculis tegitur nucha proportionalibus dure matri

pitulo octauo per idē foramē per quod exit neruus a nucha intrant uena & arteria:inter ſpatia neruorum mediat arteria ualde ſubtilis.ſcias tamen q̄ licet ſit unum foramen ex uno latere in ſpondili:tamen per illud foramē unum aliquando exit unus neruus aliquando unū par aliquando plura ſecundum neceſſitatem membrorum ut in directo brachiorum ſic oſtendi. M. D. III. Scias q̄ licet ſint.xxx.ſpondiles:ſunt tamē.xxxi.par & unus neruus:quia primum par a ſuperiori prime ſpondilis:& ſecundum ab inferiori eiuſdem exit:ſimiliter ab ultima alauis & prima aloſos in intermedio ibi.

A nucha colli.viii.

A nucha pectoris.xii.

A nucha renum.v.

A nucha alauis.iii.

A nucha aloſos.iii.cum dimidio.

Contra:quia intra ſpondiles renum non eſt nucha : nec infra in aliquo ſpondilium ſed ſolummodo ſupra:terminatur enim nucha ad ſpondiles renum : & ſic fuit neceſſarium ut ſiccitate ſpōdilium renū exiccati nerui eſſent potentes fortes facere motus tibiarum.

Excoria brachium leuiter ut uenas uideas:penetrantem p ſubaſſellam:per domeſticum:apparentem in inferiori in brachii curuatura quæ baſilica dicitur:uenientem ſupra furculam:quæ ramificatur ad caput:ad ſilueſtre brachii:quæ cephalica dicitur:ramus ab una in aliam uena cōmunis dicitur. Vena inter auricularem & annularem dicitur ſeylen:reſpondens baſilice per ramum ab infra uenientem ſub brachio:uena inter pollicem & indicem ſaluatella:flebotomatur loco cephalice.

In anatomia uiuorum uena inter medium & auricularem ſaluatella appellatur.

An ſit ramus uene cōmunis iuxta Auicennam prima primi:an baſilice iuxta Alman.primum.

Reſpondeo utrūq; uerum utrum ex concurſu omnium illarum uenarum ſecundum ramos earū: quæ in medio dicitur funis brachii locum tenet cōmunis.

Muſculos & cordas non quæras inuenire.

Eleua carnoſitatem uſq; ad oſſa:os adiutorium ſupra dor-

ſum eſt ſpatula habens concauitatem in qua reuoluitur adiutorium rotundi capitis in piſcide:obliquatum uerſus domeſticum:adiutorii extremum duas habet eminẽtias duobus focilibus coniungibiles: roſtratam .i. roſtro amplexibilem:piſcidem:& ſic in brachio ſunt duo fociles:inferior longior groſſiores in extremis q̃ in medio.

Raſceta manus ex octo oſſibus eſt:i duabus aciebus:quattuor in acie:pecte quattuor oſſibus componitur : pollex non eſt in eius acie:digiti quinq̃:carnei intra: lateraliter non poſt : dicunt Auicenna & Galenus oſſa raſcete ſeptiem : ſed octauum eſſe tutamen nerui palme. Galenus ſecundo de utilitate particularum capitulo ſecundo: dixit nonum non eſt numeratum ab anatomicis : fortiter ligatum cum oſſe policis:ad mouendũ raſcetã & policẽ.

In magna manu ſunt.xxx.oſſa.adiutoriũ:duo focilia : octo raſcete in duobus ordinibus:quattuor pectinis:quindecim pro uno quoq̃ digito tria:erunt igitur.xxxi.numerato nono Galeni. Scias ungues non computari inter oſſa, inquire ſiſamina inter laxas iuncturas:quæ adhuc uidere non potui.

Cordæ ſunt diſtantiores profundiores nõ equitantes ſed per medium tranſeuntes.

Tibie cutem excoria ſubtiliſſime:ut uideas duas uenas deſcendentes ramificatas a chili in ſepatione anche dextre a ſiniſtra:quilibet duorum trunchorum ramificatur in duos magnos ramos per domeſticum uſq̃ ad digitos pedis.& dicit ſaphena:euacuat a naturalibus: genitalibus: matrice:renibus:teſticulis:apparet ſupra genu : & ſupra clauiculam:& in calcaneo in pectine pedis : alius ramus obliquatur & ingreditur iuxta iuncturam ſcie:ideo dicitur ſciatica ideo flebotomata euacuat a iuncturis inuenitur ſunt poplite biſurcata:& infra circa clauiculam.

Os femoris ſuper fabricatas habet ſpondiles : infra piſcidẽ habet:in qua locatur rotundum cãne coxe:ligatur ligamento in medio exiſtente.iunctura dicitur ſcia:dolor etiam ſciaticus:cãna coxe os eſt maius aliis:maioris conca

ligamentis nodo colligatis focile maius eſt in domeſtico & groſſius:ſubtilius in ſilueſtri & minus non perueniēs ad iuncturam duo focilia per iuncturam uniuntur oſſi clauicule depreſſo groſſo quadrāgulato:dicto cayb : uel a chib iuxta Alman.primo.c.ii.

Os nauiculare eſt factum ad modum nauicule quadrangu lare oblungum.

Raſceta pedis ex tribus oſſibus eſt: pecten ex quinq; : oſſa digitorum pedis ſunt.xiiii.oſſa pedis magni ſunt.xxviii. ſed Almanſoris primo ſunt.xxix.quia os calcanei ponit diuiſum ab achib.

Vidi anno.M.D.II.raſcete pedis oſſa.v.

Pectinis.v.

Digitorum.xiiii.

Nauicule.i.

Calcanei.ii.

Sklei.Tibie focilia.ii.

Genu.i.

Coxe.i.

Vidi.M.D.III.raſcete pedis oſſa.vii. in primo ordine tria in ſecundo uero.iiii.ſuper quibus erigitur pecten . & ſic per imparia aſcenditur ab.i.ad.iii.ad.iiii.ad.v.digitos.

Cordæ extendentes digitos pedis oriūtur a muſculis tibie ſilueſtribus:contrahentes uero ſunt orte a plante pedis muſculis.

Muſculi totius ſunt.D.XXIX.

Almāſoris primo oſſa pro ut numerauit Galenus ſunt .cc: xlviii.excepto oſſe epigloti laudali oſſe cordis:dicto a quibuſdam cartilago: & oſſibus paruis a quibus iuncturarū uacuitates replentur.ſ.ſiſamina.

Oſſa capitis.xxii.

Coronale.i.

Laude.i.

Verualia.ii.

Petroſa.ii.

Paris.ii.

Superioris mandibule.xii.

Inferioris mandibule.ii.

Oſſa narium deficiunt.

Baſilare os non nominaui:quia non ponit in numerum cũ aliis:quia a parte anteriori os frontis coronale ſub refle/ctitur cum arcum facit oculis:laudale etiam ſub reflectit a poſteriori:oſſa petroſa & oſſa paris lateraliter deſcendẽtia cerebro ſubſternuntur.

Albertus primo de animalibus oſſa capitis ſunt.xxvii.pre/ter dentes os bipartit frontis per radicem capillorũ : hãc cõmiſſuram nũq̃ potui inuenire:in radice enim naris ſe paratur os frontis ab oſſe narium:in tempore uero ſepa/ratur os paris a triangulari:bipartitur os laude per cur/uaturam occipitii:& hæc non eſt realis ſectio . nominat baſilare & uidetur ꝙ ipſum bipartiatur:& hæc non po/nũt ĩ numerũ ut p̃dixi: ſed demptis.iiii. de.xxvii. adhuc remanent.xxiii.ideo ſi prædictis addas os colatorii unũ habebis numerum Auicenne.ſ.xxiii. ſed os colatorii li/cet in modo ſubſtantiæ ſit diuiſum ab aliis : quia poroſũ & ſpongioſum:non tamen potui uidere cõmiſſuram ſe/parantem ipſum ab oſſe laudali a poſteriori ſub reflexo in eo enim eſt foramen iuncture colli:ſed diſcontinuatio ibi non apparet:nec ueriſimile eſt naturam eam ibi feciſ ſe.Quod ſi os rotũdum ſuper quo caput reuoluitur ad/iũgas:patet ꝙ non eſt capitis os:licet ſit capitis ſubſten tamentum.Quod ſi medium cõmune narium computa ueris:tunc oſſa narium erant computãda : aut numerus oſſium mandibule ſuperioris creſcet ad.xiii. per additio nem unitatis.

Quod ſi oſſa capitis numeraueris.xxii.
Dentes.xxxii.
Spondiles.xxxi.
Furcule.ii.
Spatule.ii.
Coſte.xxiiii.
Toracis.vii.
Anche.ii.
Magnarum manuum.lxii.
Magnorum pedum.lxii.

Gena dextra ſiniſtra.ii.
Quadranguli ſub naſo dexter ſiniſter.ii.
Trianguli naſi exterior interior dexter ſiniſter.iiii.
Medium triangulorum ſeparans.i.
Oſſa mandibulæ ſuperioris.
Tres partes ſunt in uno oculo.
Dimiſſo ſuperiori.iii.
Tres in alio oculo.iii.
Tres in dextro naſi.iii.
Tres in ſiniſtro.iii.
Medium naris.i.

Galenus in libro de partibus artis medicatiue.

Arteria bitunicalis eſt:ſed tritunicalis eſt:& quadritunicalis apparet.
Tunica altera obliquos habet inulos:altera uero rectos.
Albertus magnus primo de animalibus ponit cõmiſſuras capitis.xviii.apparentes uel non.
Prima coronalis a tempore ad tempus.
Secunda ſagittalis a coronali ad laudalem.
Tertia laudalis a uertice poſteriori ad latera.
Quarta commiſſura equidiſtans coronali dextra.
Quinta correſpõdẽs quarte ſiniſtra:tertius petroſi oſſis.
Sexta fauces in medio menti bipartit.
Septima a tempore ad cilium dextrum.
Octaua ſeptime correſpondens inter os frontis & paris.
Nona ab aure per genam dextram.
Decima reſpondens none:inter os paris & petroſum.
Vndecima diuiſio frontis ex trãſuerſo per zibũ ſupciliorũ.
Duodecima ſub oſſe laude & baſi.
Decimatertia inter ſinciput & occiput ſeparat:apparet in extremitate palati a dextro in ſiniſtrum.
Decima quarta a capite naris ad duales:ſeparat inter radices dualium in longum.
Decima quinta a radice naris ad caninum dextrum.
Decimaſexta correſpondens.xv.ſiniſtra.
Decimaſeptima ſub capitẽ naris a dextro in ſiniſtrum.
Decimaoctaua p longitudinẽ naſi inter triangularia naris.
Vndecimã & duodecimã p multa capita q̃ritãs nũq̃ iueni.
Fol.ii.magnitudo:magnitudinẽ:eodẽ cõpl'io cõplexionẽ.
Fol.iii.linea.ii.recto non:recto modo.Fol.iiii.portã:porta.
Fol.viii.numero:lege medio.ſol.ix.ſpumoſus:ſpirituoſus.

Illuſtriſſimæ ac doctiſ. Principi. D. Veronicæ Corrig. Comitiſſæ. Nicolai Camilli filius. S. P. Optat.

Quod tantum, et toties Princeps præclara petebas,
Ad te Philoſophi Nobile dogma uenit,
Quod ſalebroſa prius patefecit itinera mollis
Iſtius, et partes, materiamq; docens.
Abdita naturæ raris bene cognita pridem
Nunc die purpureo lucidiora micant.
Hæc niueo ſtudioſa leges hæc lumine Princeps,
Quo facis extincta nocte nitere diem.
Haud prius iſta tibi fuerint incognita q̃uis
Spernere doctorum ſcripta nec ulla ſoles.
Non ſecus ut lauris (quibus afluit) almus Apollo
Aſſidue gaudet luxuriare magis.
Tu quoq; doctrinis (non unq̃ copia quarum
Sordeſcunt animis) exuberare ſtudes.
Ergo opus optatum facili iam ſuſcipe uultu
Corrigienſis honos, Corrigienſe decus.
Ipſa Philotheum Princeps celebranda poetam,
Me quoq; mancipium ſic meminiſſe uelis.
Nec tibi mente cadat medicinæ Pamphilus archa,
Qui tantæ comiti Nobile tradit opus.

Expliciunt Anotomicæ annotationes Magni Alexan-